

Universitätsbibliothek Wuppertal

Omnia Divini Platonis Opera

Plato

Venetiis, M.D.LVI

Io Platonis, vel, de furore poetico

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-254](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-254)

SOCR. Nunquid factus in nobis alius circa scientiam, o amice, restat? an oia iam peperimus? THE. Per Iouem plura quam in me habere, educente te protuli. SOC. Nonne cuncta nobis haec ars obstetricia, Vana, educationeque indigna nata fuisse ostendit? THE. Oio quidem. SOC. Si igitur aliorum deinceps plenum fecundumque te fieri contedes, pregnansque euades, melioribus plenus eris propter presentem discussionem. quod si forte Vacuus stertilisque manes, minus certe molestus familiaribus eris & moderatior & mitior, nequaquam quae nescis scire te putans. Tantum quidem ars mea, nec aliud preterea quicquam potest: nec ea noui quae alij multi, quicunque magni atque mirandi viri, & sunt, & fuerunt. Haec vero obstetricia facultate ego ac mater mea a deo sortiti sumus, illa quidem circa foeminas, ego autem circa adolescentes ingeniosos atque honestos. Sed nunc iam cunctum mihi est in regis porticum: nam Melitus in iudicium me vocauit. Cras summo mane, o Theodore huc redibimus.

IO PLATONIS, VEL, DE FVRORE POETICO.

MARSILII FICINI
ARGVMENT.



PLATO noster, optime Laurenti, furorem in Phaedro, mentis alienationem definit. Alienationis autem duo genera tradit. Vnam ab humanis morbis. Alteram a deo prouentem. Insaniam illam, hanc diuinum furorem nuncupat. Infamia, infra hominis speciem homo deicitur, & ex homine brutum quodammodo redditur. Diuino furore supra hominis naturam erigitur, & in Deum transit. Est autem furor diuinus, illustratio rationalis animae, per quam Deus animam a superioribus delapsam ad inferiora, ab inferioribus ad superiora retrahit. Lapsus animae ab ipso vno rerum omnium principio ad corpora, per quattuor gradus efficitur, per mentem, rationem, opinionem, atque naturam. Nam cum in omni rerum ordine sex gradus existant, quorum summum tenet ipsum vnum: infimum corpus: media vero sint quattuor quae praediximus, necesse est quicquid a primo ad vltimum labitur, quattuor per media cadere. Ipsum vnum rerum omnium terminus, & mensura, infinitatis & multitudinis expers. Mens multitudo quidem, sed stabilis & aeterna. Ratio, multitudo mobilis, sed finita. Opinio, multitudo mobilis infinita, sed substantia punctis; vniuersa. Natura similiter: nisi quod per corporis partem diffunditur. Corpus autem infinita multitudo subiecta motui, et substantia punctis momentisque diuisa. Haec omnia respicit anima nostra, per haec descendit, per haec & ascendit. Vt enim ab ipso vno quod omnium principium est, producitur, vnitatem quandam sortita est, quae omnem essentiam eius, vires, actionesque vnit: a qua, et ad quam, ita caetera quae in anima sunt, se habent, sicut a centro, & ad centrum circuli lineae. Vnit vero non modo animae partes inuicem, & ad totam animam, sed animam totam ad ipsum vnum, rerum omnium causam. Vt autem a mente diuina dependet, rerum omnium ideas per mentem actu stabili contemplatur. Vt seipsam respicit, rationes rerum vniuersales cogitat, & a principis ad conclusiones ratione discurrit. Vt corpus respicit, particulares rerum mobilium formas opinione concipit, easque percurrit. Vt materiam attingit, natura velut instrumento vtitur, quo vnit materiam: mouet, & format: vnde generationes, augmenta, eorumque contraria proficiuntur. Cernit igitur quod ab vno quod super aeternitatem, in aeternam multitudinem labitur, ab aeternitate in tempus, a tempore in locum atque materiam. Quare sicut per quattuor descendit gradus, per quattuor ascendat necesse est. Furor autem diuinus est qui ad superna conuertit, ut in eius definitione constituit. Quattuor ergo species diuini furoris existunt: primus quidem poeticus furor: alter mysterialis: tertius vaticinium: quartus amatorius affectus. Est autem poeticus furor a Musis, mysterialis a Dionysio, vaticinium ab Apollo, amator a Venere. Redire quippe ad vnum animus nequit, nisi ut ipse

num efficiatur. Multa vero effectus, est lapsus in corpus, in operationes varias distribuitur, respiciensque ad singula. Ex quo partes eius superiores penes obdormiunt, inferiores aly dominantur: illa torpore, haec perturbatione afficiuntur: totus vero animus discordia & incommunitate repletur. Poetico ergo furore in primis opus est, qui per musicos tonos quae torpent suscitet, per harmoniacam suauitatem quae turbantur, mulceat: per diuersorum denique consonantiam dissonantem pellat discordiam, variasque partes animi temperet. neque satis hoc est. Multitudo enim adhuc in animo restat. Accedit ergo mysterium quod expiationibus sacrisque, & omni deorum cultu omnium partium intentionem, in mentem, qua deus colitur, dirigit. Vnde cum singulae animi partes ad vnam mentem redactae sint, iam totum quoddam vnum ex pluribus factus est animus. Tertio vero adhuc opus est furore, qui mentem ad vnitatem ipsam animae caput reducat. Hoc Apollo per vaticinium efficit. Nam cum anima supra mentem in vnitatem surgit, futura praesagit. Demum cum anima vnum facta est, vnum inquam quod in ipsa essentia anima inest, restat ut illico in vnum quod est super essentiam, conuertatur. Hoc celestis ipsa Venus per amorem, hoc est, diuinam pulchritudinis desiderium, bonique ardorem explet. Primus itaque furor inconcinna, & dissonantia temperat. secundus temperata, vnum totum ex partibus efficit. tertius vnum totum supra partes. quartus in vnum quod super essentiam & totum est, ducit. Primus bonum equum. i. rationem opinionemque: a malo equo. i. a phantasia confusa & natura, distinguit. Secundus malum equum bono, bonum aurigae. i. menti subicit. Tertius aurigam in caput suum. i. in vnitatem mentis apicem dirigit. Postremus caput aurigae, in caput rerum omnium vertit. ubi auriga beatus est, & ad praesepem. i. diuinam pulchritudinem sistens equos, obijcit illis ambrosiam, & super ipsam neclat potandum. i. visionem pulchritudinis, & ex visione letitiam. Haec quattuor furorum opera sunt, de quibus generatim in Phaedro Plato disputat, propriis vero de furore postremo. i. amore, in Symposio: de primo, hoc est furore poetico, in presenti dialogo qui inscribitur: quem in Phaedro ita definit: Poeticus furor est occupatio quadam a Musis, quae sortita lenem & insuperabilem animam, excusat eam atque exagitat per cantilenas & huiusmodi poesis, ad genus hominum instruendum. Occupatio significat raptam animae & conuersionem in Musarum numina. Lenem dicit quasi agilem a Musisque formabilem. nisi enim praeparata sit, non occupatur. Insuperabilem, quia postquam rapta est, superat omnia, & a nulla rerum inferiorum inquirari, vel superari potest. Excusat est somno corpora ad vigiliam mentis, ex ignorantiae tenebris ad lucem, ex morte ad vitam, ex obliuione lethaeae ad diuinorum remissionem reuocat, exagitat, simulat, & inflammat ad ea quae contemplatur & praesagit carminibus exprimenda. Post definitionem addit, eum qui sine furore Musarum poeticas ad fores accedit, inanem esse ipsum atque eius poesis, quasi tanti sit poesis, ut absque summo Dei favore comparari nequeat. Eadem in Ione hoc tradit, & vnde sit hic furor, & per quot descendat gradus edocet. Inquit autem in libro quarto de legibus Plato, Deum fortunam, & artem, humana omnia gubernare. Quo sit ut poesis vel Dei donum sit, vel fortunae fors, vel artis opus. Quid istorum potissimum verum sit, Socrates cum Ione rhapsodo perquirat. Rhapsodus autem hoc in libro significat, recitatore interpresque, & cantorem carminum. Interpretabatur Ione Homerum carmina, & coram populo ad lyram canebat, atque ita erat affectus, ut alium poetam nullum praeter Homerum exponeret, etiam si eadem qua Homerus facilitate referret. Homeri autem omnia celeriter explicabat. Vnde sic argumentatus est. Aut casu profert Ione quae scribitur Homerus, aut arte, aut assistatu diuino. Non casu, quia non omnia, sed pauca quaedam, & absque continuatione ordinis interpretaretur. Non arte, quia quisquis artem integram habet, quicquid eidem arti subiectum est, iudicat. Eidem vero studio poetico subiecta sunt Hesiodi aliorumque poemata, cui Homeri, praesertim quae de eis eisdem tractant, quae tamen Ione non percipit, cum Homerum perfecte exponat. Ergo non arte iudicat. Restat ut inspiratione diuina. Ex quo patet quod interpres poetae Ione, & alij multi qui similiter affecti sunt, diuino instinctu alienam poesis interpretantur. Quod si ad percipiendam poesis iam traditam humanum ingenium non sufficit, multo minus ad inuentionem sufficit. Quare nec Homerus, nec alius quicquam reuera poeta absque celesti assistatu poesis consecutus sunt. Quod & alijs modis Socrates hic ostendit. Primo sic, Omnes artes & scientias poetae tradunt, sed oes didicisse humano studio impossibile est, cum vnicam ex parte percipere sit difficilimum. Non igitur arte humana, sed diuina quadam infusione profertur. Cuius rei argumentum est, quod plerique vates postquam furoris remissus est impetus, qui scripserunt, non statim intelligunt, cum tamen recte de singulis artibus in furore tractauerint, quod singuli illarum opifices legendo didicant. Praeterea sepe videmus rudem hominem, & ineptum subito in

Quid rhae
psodas.

poetas

poetam bonum euadere, & aliquid magnificum diuinumq; cantare. Magna vero in momento assequi, non humani ingenij est, sed diuinitus inspirati. Qua in re perspicue Deus ostendit, uirtu suo intelligentiam hanc infundi. Vtq; ita esse demonstrat, saepe ineptos quosdam potius quam urbanos, insanos potius quam prudentes rapit, ne si acutis prudentibusq; uiris ad haec ueretur, humana subtilitate & industria fieri haec existimarentur. Cum ergo non sit a fortuna, nec ab arte poesis, a Deo, & a Musis tribuitur. Cum Deum dicit, Apollinem significat: cum Musas, sphaerarum mundi animas. Iupiter quidem mens dei est. ab hac Apollo, mens a mundi, & anima totius mundi, oeloq; sphaerarum caelestium animae. quae nouem animae noue Musae uocantur, quia dum caelos harmonice mouent, musicam pariunt melodiam: quae in nouem distributa sonos, oelo scilicet sphaerarum tonos, & unum omnium concentum, nouem Sirenes Deo canentes producit. Quamobrem ab Ioue, Apollo, & Musae: ab Apolline, id est, mens animae mundi, chorus Musarum ducitur. quia mens illa sicut ab Ioue illustratur, sic & animas mundi sphaerarumq; illustrat. Gradus autem quibus furor ille descendit, hi sunt. Iupiter rapit Apollinem. Apollo illuminat Musas. Musae suscitant & exagitant lenes & insuperabiles uari animas. Vates inspirati interpretes suos inspirant. Interpretes auditores mouent ab alijs uero Musis aliae animae rapiuntur, quia & alijs sphaeris sideribusq; aliae attributa sunt animae, ut in Timaeo traditur. Calliope Musa uox est ex omnibus resultans sphaerarum uocibus. Urania, caeli Stelliferi, per dignitatem sic dicta. Polymnia Saturni, propter memoriam rerum antiquarum quam Saturnus exhibet, & siccam frigidamq; complexionem. Terpsichore, Iupiter, saluifer enim choro hominum. Clio Martis, propter gloria cupiditatem. Melpomene solis, quia totius mundi temperatio est. Erato Venere, propter amorem. Euterpe Mercurij, propter honestam in granibus rebus delectationem. Thalia lunae, propter uiriditatem eius humore rebus exhibitam. Apollo item solis est anima, lyra eius solis corpus: nerui quattuor, motus eius quattuor, annuus, mensurius, diurnus, obliquus: quattuor uoces, neates, hypates, doriones, gemini: quattuor sunt signorum triplicitates, ex quibus quattuor qualitates temporum producuntur. Orpheum quidem afflauit Calliope, Musen Urania, Homerum Clio, Polymnia Pindarum, Erato Sapphon, Melpomene Thamyram, Terpsichore Hesiodum, Thalia Maronem, Nasonem Euterpe. Linum rapuit idem qui & te iam nunc exagitat Phaeus optime Laurenti, Phabus inquam qui auo tuo Cosmo uaticinium dedit, parenti autem Petro arcum atq; medelas, tibi deniq; lyram & carmina.

SOCRATES,
I O.



ONEM saluere inbeo. Vnde nunc ad nos aduenisti? Nunquid ex Epheso patria uenis? 10. Nullo pacto Socrates, sed ex Epidauri ab Aesclepijs. 10. Nunquid & rhapsodorum, id est, eorum, qui poetarum carmina recitant, certamine

Epidauri Deo instituerunt? 10. Non in his solum, sed in alio quoq; genere musicae. 10. Quid igitur, non tu nobis istic decertasti? quomodo, certastine? 10. Prima, dicit Socrates, certaminum premia retulimus. 10. Probe inquis. Age ut in Palladis celebratione uictoriam consequamur. 10. Fient haec quidem si Deus uoluerit. 10. Etenim, dicit Socrates, artem uestram semper plurimi feci, quod & arti uestra conueniat ut ornetis corpus, & quam pulcherrimi semper appareatis, tum quod oporteat in plurimis atq; bonis poetis, in Homero praecipue poetarum omnium optimo diuinissimoq; assidue uersari, neq; carmina illius solum, uerum etiam sensa perdiscere. Nunquam enim aliquis in rhapsodum euaderet, nisi ea quae a poeta dicta sunt intellexerit. Nam poeta mentem interpretari rhapsodum apud auditores oportet: quod quidem fieri nequit, si quis poetae sententiam ignorarit. Haec uero omnia an

non uidentur? 10. Vera dicit, dicit Socrates: atq; ego quidem in hoc plurimum elaboraui. praclarissima sane praeter ceteris de Homero me explicaturum profiteor, ut neq; Metrodorus Lampfacenus, neq; Stesimbrotus Thasius, neq; Glaucan, neq; aliquis unquam ueterum tot tamq; praeter clara Homeri sensa quot ego, exponere queat. 10. Recte, dicit Socrates. Constat enim quod nulla inuidia prohibebit quin haec mihi aperias. 10. Et auditu sane dignum est quam uehementer Homerum exornarim. Vnde equum esse censo ut ab illis qui Homeri studiosi sunt, corona aurea coroner. 10. Ocium profecto te audiendi quandoq; nanciscar: nunc autem ad hoc unum mihi responde, uerum circa Homerum solum, an etiam circa Hesiodum & Archilochum id possis. 10. Circa Homerum solum. Satis enim mihi esse uidetur. 10. Suntne aliqua de quibus Homerus & Hesiodus eadem referant? 10. Ac multa quidem esse arbitror. 10. Vtrum melius ea quae dicit Homerus, an quae dicit Hesiodus explicares? 10. Aequè de utrisq; dicit Socrates, in illis rebus in quibus eadem referunt. 10. Quid autem in his de quibus non eadem dicunt? Vtputa de uaticinio Homerus atque Hesiodus uerba faciunt. 10. Et maxime quidem. 10. Et in quo poetæ isti consentiunt, aut discrepant, quando de uaticinio loquuntur, utrum ipse melius quam peritus uates aliquis explicares? 10. Vates melius. 10. Si autem uates esses, non illa tantum in quibus conueniunt, uerum etiam in quibus dissentiunt, exponere posses? 10. Patet. 10. Quid porro? num circa Homerum uehemens facundusq; es? circa Hesiodum aliosq; poetas minime? An Homerus de alijs rebus agit, quam de ijs quae & alij poetae tractant? Nonne multa quae ad bellum, & quae ad consuetudines bonorum inuicem, malorumq; priuatorum atq; opificum attinent, enarrauit? Et de dijs quemadmodum fecum inuicem, & cum hominibus uersantur, deq; afflictionibus caelestibus? item & de his quae apud inferos sunt, tum deorum & heroum generationes cecinit? Nonne circa haec omnis Homeri poesis uersatur? 10. Vera, dicit Socrates, loqueris. 10. Nonne eadem ceteri poetae decantant? 10. Eadem certe, sed non ita ceteri ut Homerus. 10. An forte deterius? 10. Multo deterius. 10. Melius ergo Homerus? 10. Melius certe. 10. O Io, lepidum caput, cum multi de numero uerba faciunt, & eorum aliquis recte dicit, nonne potest quispiam ea in re bene dicentem nosse? 10. Potest. 10. Nunquid ille ipse, qui male dicentem noscit, an alius? 10. Ipse idem. 10. An non hic est qui arithmetica arte est praeditus? 10. Profecto. 10. Cum multi de cibis, quales salubres sint, loquuntur, & aliquis recte ea de re loquitur, utrum alius quidam bene dicentem quod recte, alius male dicentem quod male dicat, animaduertet? an unus, & idem? 10. Idem proculdubio. 10. Quis hic? quod illi nome? 10. Medicus. 10. Nonne sum matim dicimus, cum plures eadem de re loquuntur, quod unus atque idem tam illum qui male, quam illum qui bene loquitur internoscet: & nisi eum qui in eadem re aberrat, cognouerit, nunquam eum qui recte sentit agnoscat? 10. Profecto. 10. An non ipse idem in utrisque peritus est? 10. Prorsus. 10. Homerum atq; alios poetas, e quorum numero est Hesiodus & Archilochus, eadem referre asseris? non tamen eodem modo, sed melius Homerum?

Quae sint explicata uerba omni Homeri poesi.

merum? 10. Et vera loquor. SOCR. Si illum qui bene dicit cognoscis, eos qui male dicunt, quod errent intelligis. 10. Conuenit. SOCR. Si ergo dicamus, o vir optime, Ionem circa Homerum aliosque poetas similiter peritum esse atque vehementer, nequaquam errabimus: quandoquidem ipse iudice eundem idoneum esse circa illos qui eadem in re versantur, confitetur, poetas vero penes oes eadem effingere. 10. Quamobrem igitur, o Socrates, cum de alio poeta quisquam differit, neque mentem adhibeo, neque quicquam estimatione dignum dicere possum, sed oscito protinus atque torpeo: postquam vero Homeri quis mentionem fecerit, confestim excitor atque mentem adhibeo, succeditque quicquid instituo. SOCR. Nequaquam arduum est, o amice, huius causam coniectare. Constat enim quod neque arte neque scientia de Homero scire loqueris. Nam si arte, de alijs oibus poetis similiter loqui ualeres, poesis enim totum est. nonne? 10. Est certe. SOCR. Nonne postquam aliquis aliam quamuis arte integram comparauit, aequè de oibus quae sub arte sunt indicat? Eadem quippe de oibus artibus considerandi ratio est. Vis tibi referam qua ratione id dicam? 10. Opto per Ionem, o Socrates. Nam quoties vos sapientes illos audiuimus, miro quodam gaudio statim afficior. SOCR. Velim, o Ion, vera diceres. Verum sapientes vos rhapsodi et mimi estis, et illi quorum vos poemata decantatis. ego autem nihil praeter veritatem loquor, quemadmodum decet pinguis minerva hominem. Nam id de quo paulo ante percontabar, intueri quam leue sit, et facile cogniti: adde ut quibus quod narrabam, percipere possit, eandem per cetera esse considerationem, si quis arte sibi integram compararit. Exempli causa, nunquid pingendi ars totum quiddam est? 10. Est. SOCR. Nonne pictores multi, partim boni, partim mali, et sunt et fuerunt? 10. Certe. SOCR. Vidistine aliquem qui et ea, quae recte, et quae non recte Polygnotus Aglaophontis filius pinxit, sufficienter ostendere potuit: quae uero pictores alij, non potuit: et si quis aliorum pictorum opus ostenderit, obdormiat, neque facultas illi ad dicendum aliquid coniectandumque suppetat: cum uero de Polygnoto, uel de uno quouis pictore sit indicandum, expergiscatur, et mentem adhibeat, et facultatem dicendi habeat? 10. Non per Ionem. SOCR. Quid in fabricis statuarijs? Vidisti quemquam qui ea quae Dadalus Metionius, aut Epinus Panopei filius, aut Theodorus Samius, uel alius quisquam statuarium faber, bene est machinatus, exponere ualeat, in aliorum uero sculptorum operibus torpeat atque obmutescat? 10. Per Ionem nunquam uirum talem reperi. SOCR. Atqui nec in tibiarij statu ut arbitror, nec in pulsu citharae, nec in illo ad citharam cantu, neque in rhapsodia uirum intuitus es, qui Olympi opera, uel Thamyrae, uel Orphei, aut Ithacensis Phemij rhapsodi exprimere possit, in operibus uero Ionis Ephesij deficiat, neque percipere conferreque possit, quae bene, et quae contra modulatur. 10. Quid in hoc tibi contradicam non habeo, sed tamen mihi ipsi conscius sum, me praeter ceteris hominibus pulcherrima de Homero referre, neque deesse mihi dicendi copiam: alios uero oes hac in re me laudare, in ceteris uero nequaquam. Tu uero quidnam hoc sit uide. SOCR. Video, o Ion, et quod mihi id esse uidetur, tibi aperire incipiam. Ut bene de Homero loquaris ars tibi non praestat, ut modo dicebam, sed diuina uis est quae te mouet, sicut in lapide quae Magnetem Euripides nominauit, nonnulli Heracium uocant. Qui lapis

non solum ferreos anulos trahit, sed vim etiam anulis ipsis infundit, qua hoc idem efficere possint, ac perinde ut lapis, alios anulos trahere. Unde longa plerumque concatenatio ferri, et anulorum inuicem pendet, et oibus his ex illo lapide uis attrahitur. Ita ipsa Musa poetas diuino instinctu concitat, poetae concitati alios furore corripunt. Quare ex his oibus series ipsa connexitur. Omnes itaque carminum poetae insignes, non arte sed diuino afflatu mente capti omnia ista praecleara poemata canunt: et ut Corybantes non sana mente saltant, ita neque cantilenarum modulatores egregij sana mente hos tantus effingunt: sed ubi in harmoniam, et rhythmum insurgunt, et rapti bacchantur, quemadmodum bacchantes feminae, mente non sana, mel et lac ex fluminibus hauriunt, sana autem mente haurire nequeunt, idque tu efficit illorum animo qui cantus effingunt, quod ipsi narrant. Aiunt enim nobis poetae, quod est fontibus quibus mel scaturit, haurientes, et a Musarum uiridarijs collibusque decerpentes carmina ad nos afferant, quemadmodum mel ex floribus apes, et instar apum uolare se dicunt. Quae in re uera loquuntur. Res enim leuis, uolatilis, atque sacra poeta est, neque canere prius potest quam deo plenus, et extra se positus, et a mente alienatus sit. Nam quandiu mente quis ualeat, neque fingere carmina, neque dare oracula quisquam potest. Non arte igitur aliqua haec praecleara canunt, quae tu de Homero referis, sed sorte diuina id quisque recte efficere potest, ad quod Musa quaequam incitauit. Hic Dilhyræos, ille laudes alicuius, hic Hyporchemata choreasque, alius carmina, alius item iambos canit. Ad cetera uero illorum quisque rudis, et ineptus est. Non enim arte, sed diuina uis haec dicunt. Nam si de uno quocumque horum per arte recte loqui scirent, de ceteris quoque oibus idem possent. Ob hanc uero causam deus illis mentem surripit, ipsis tanquam ministris utitur oraculorumque nuncijs, et diuinis uatibus, ut nos qui audimus, percipiamus non eos esse qui tanta digna referunt, cum sua mentis compotes minime sint, sed haec deum loqui, et per hos nobis haec inelamare. Huic autem rei euidentissimo argumento esse potest Tynichus Chalcidensis, qui antea poema nullum memoria dignum composuerat: hymnum autem in Apollinem quem oes cantant, oium ferme cantilenarum pulcherrimum, Musarum inspiratione inuenisse se dicit. In hoc maxime deus ostendisse uidetur nobis dubitandum non esse, quin praecleara haec poemata, diuina deorumque potius quam humana hominumque sint opera. Poeta autem nihil aliud sint, quam deorum interpretes, dum sunt furore correpti, a quocumque tandem numine quis corripitur. Quod quidem deus ostendere uolens, de industria per ineptissimum poetam, pulcherrimam cecinit melodiam. An non uera tibi referre uideor? 10. Mihi certe. Atque autem meum his sermonibus Socrates demulces, et afficis. Ac diuina quadam sorte a dijs poetae insignes haec nobis interpretari uidentur. SOCR. Nonne vos rhapsodi poetarum scripta interpretamini? 10. Vera narras. SOCR. An non interpretum interpretes estis? 10. Sumus. SOCR. Animaduerte quid uelim, et hoc mihi responde, o Ion: neque id de quo te interrogabo, mihi occultaueris. Cum apte carmina referis, et stupore percussos reddis spectantes, siue dum Ulysses super pauimentum suo limine saltantem cecitas, et prociis palam se ostendentem, atque sagittas ante pedes effundentem, siue Achillem impetum in Hectora facientem, seu dum mi-

Videtur hoc agere, ut ostendat, nec ipse Homerus ex arte scripsisse, sed diuina quadam ingenij uis factum.

Poeta, dicitur uis uis praestit.

dum miserabile quiddam, & querulum circa Andromachē, vel Hecubā, vel Priamū profers, Virū tunc mentis es cōpos? An à mente alienatus? & rebus gestis quas refers afflatus animus interesse illis se cogitat, siue in Ithaca, siue apud Troiam sint gesta, seu quocūq; alio te carmina rapiant? 10. Perspicua mihi coniectura, o Socrates, attulisti, neq; id occultaturus tibi recensere. Quoties .n. miserabile quicquam dico, lacrymis implentur oculi. Cū aliquid terribile, aut Vehemens, arrepta propter terrorem comae eriguntur, cor salit. 500. Nunquid mentis compositionem cū Virū tunc esse asserimus, qui in sacrificijs & celebratiōibus pulchra veste aureisq; coronis ornatus ploret, cū nihil horū amiserit? aut nimis trepidet is, qui inter viginti milia hoīum sibi amicorum sit constitutus, nemi ne eū vel exuente, vel iniuria afficiente. 10. Nō per Iouem, o Socrates, si Vera fateri velimus. 500. Nōne spectantium multitudinē ipsā his rebus afficit? 10. Sanē plurimum: atq; afficio semper supernē ab ipso suggesto, & flentes, & toruū tuentes, atq; his q̄ narrantur, stupefactos. Et oportet me valde mentē ipsi adhibere. Nā si lacrymas excutiam, ipse argentū suscipiens, ridebo. sin aut risum illis moueam, ipse argentum amittens, flebo. 500. Vidēsne spectatore esse anulorū extremum, illorum inquā quos sub magnete lapide vim inuicē suscipere referebam? Medius aut es tu recitator, & mimus: primus aut est ipse poeta: deus Verò per oēs istos hoīum animū quocūq; vult, trahit, dū inuicē vim suspēdit, & trajicit: ex quo velut ex illo lapide series longa dependet, quae è Latere gradatim necuntur hi qui in choro saltant, & pceptores atq; discipuli, huiusue catena à Musa anuli suspēduntur, poetarum autē hic ex alia, ille rursus ex alia musa suspenditur. Vocamus autē id nos mente capi, quod quidē illi proximū est. Nam ab his utiq; primis anulis qui poetae sunt: alij rursus ab alijs corripuntur, dininiq; sūt: nonnulli ab Orpheo, à Musaeo alij: nec pauci ab Homero occupantur, atq; tenentur, quorū o Ioues es, qui ab Homero furore correptus es. Et si quis scripta alterius poetae cecinerit, obdormiscit, atq; tibi dicendi deest facultas. si quis Verò huius poetae decantauerit melodiā, cōfestim excitaris, animus salit, & dicendi facultas sufficit. non .n. arte neq; scientia, sed de diuina quadā sorte, & mentis occupatione, ea q̄ de Homero dicis, recenset. Et quēadmodū Corybantēs illā duntaxat melodiā acutē sentiunt, q̄ illius dei est à quo rapiuntur, ad eumq; concentū decētibus verbis & figuris abūdant, alios Verò contēnunt: ita et tu, o Ioues, si quis Homeri mentionē fecerit, es in dicendo faciendus, in alijs Verò tibi copia deest. Eius itaq; quod quēbas quāobrem circa Homeri copiosus es, circa alios deficiis, haec est causa, quoniā non arte, sed diuina sorte Vehemēs es Homeri laudator. 10. Rectē dicis, o Socrates: admirarer tamen si tam acutē differeres, ut mihi prorsus persuaderes me cū Lymphatus, atq; furēs sum, Homeri laudibus celebrare. neq; .n. furens ut arbitror tibi viderer, si me de Homero verba facientē audires. 500. Atqui au dire volo, neq; tamē prius quā mibi respōderis ex ijs qui bus de Homero dicit, q̄ potissimū bene dicat. non .n. de oībus. 10. Optimē nosti, o Socrates, quod de oībus. 500. Non tamē ea bene tractas, q̄ tu quidē ignoras, Homerus autē scribit. 10. Quenā ista sunt, q̄ Homerus quidē narrat, ego autē nescio? 500. Nōne sepenuerō multa de

artibus explicata? Velut de aurigaria disciplina. si memi nero, illius carmina tibi recitabo. 10. At ego referam. meministi enim. 500. Dic mihi quae mādāt Nestor An tilocho filio, cū illum monet ut in equestri cursu, gratia Patrocli instituto, caute flectat equos. 10.

Declina ad laeuam paulum, dextrumque iugalem Vрге plagis minitas, manib' quoque lora remitte. Cūnque metam attigeris, flectatur laeuis in arcū, Donec ad extremum circuli peruenerit axis Vltimus, ac medium uita, nec tangito saxum. 500. Sufficiūt haec, o Ioues. Rectēne an cōtrā in his carminibus Homerus loquatur, Virū melius medicus, an auriga perciperet? 10. Auriga proculdubio. 500. Vtrū arte hoc iudiciū fiat, an alio quopiā? 10. Nō alio certē quā arte. 500. Nōne cuiq; arti facultas à deo tribuitur. certi cuiusdā operis iudicādi? neq; .n. ea q̄ gubernatoria arte cognoscimus, medicina quoq; percipiemus. 10. Nō certē. 500. Neq; et q̄ medicina perspicimus, architectura at aduersemus. 10. Non sanē. 500. An non similiter in oībus artibus q̄ vna quadā arte comprehendimus, alia minime comprehendimus? Sed hoc prius mihi responde. Aliā & aliā arte esse asseris? 10. Assero. 500. Nūquid eadē tu qua ego coniectura artes discernis? Nā ipse quidem cū haec aliarū, illa aliarū rerū scientia est, hanc aliā, illam aliā arte voco. Tu Verò? 10. Et ego. 500. Si .n. eisdē de rebus scientia esset, cur haec aliā, & illam aliā vocaremus? quandoquidē eadem ab Virisq; cognoscerentur. Quemadmodū à me percipitur quinq; esse hos digitos, & tu sicuti ego hoc idē adueris. Vnde si te rogare, Vtrū eadem arte arithmetica, an alia haec eadē cognoscamus, responderes Vtrū quod eadē. 10. Certē. 500. Dic quod paulo antē interrogauerā, Vtrū secundum oēs artes videatur tibi dicendū, quod eadē arte eadē cognosci necessariū sit, alia Verò arte nō eadē, sed alia quādam quādoquidē ars alia ipsa est. 10. Ita mihi videtur, o Socrates. 500. Si quis arte aliquā affectus nō fuerit dicta vel facta huius artis bene discernere nequaquā poterit. 10. Vera narras. 500. Ea carmina q̄ tu retulisti, siue bene siue malē ab Homero canātur, Virū tu melius, an auriga perciperet? 10. Auriga. 500. Recitator .n. es, nō auriga. 10. Nepe. 500. Recitatoria Verò facultas ab aurigaria alia ē. 10. Videlicet. 500. Quod si alia ars est, aliarū quoq; rerū scientia est. 10. Aliarū profectō. 500. Quid Verò cū Homerus illud affert, quod Hecamede Nestoris pellex saucia Machaoni medelae potionem porrigit, cui Vinū Pramniū infundit, insuper atterit caseū caprinū aneo quodā instrumeto, farinā quoq; caseo miscet, & ad haec cepe obsonij loco apponit? Rectēne an cōtrā haec ab Homero dicantur, Virum medicinae artis an recitatoriae iudicium est? 10. Medicinae. 500. Quid cū Homerus dicit, In mare se merfit retis Thaumantias instar, Quod trahit ad fundum plūbi subtexta grauedo Muniti cornu fortem dans piscibus atram. haec quid sibi velint, & Vtrū rectē an cōtrā dicatur, nōne ars piscatorū melius quā recitatorū aduerit? 10. Cōstat quod ars piscatorū id iudicat. 500. Si pterea me ita rogares, postquā o Socrates, in Homeri carminibus inuenisti q̄ cuiq; istarū q̄ dicta sunt artium iudicāda sunt, age iam mihi reperias quānam à Vate Vaticiniūq; iudicari conueniat, rectēne an cōtrā ab Homero sint dicta: aduerte quā facile ac verē tibi respondeā. Sepenuerō in

λέγεις
videtur le-
gendū esse,
quāquā et
Marfilius
& Aldi exē-
plar λέγει
habuerim.

Iliad. 4.

ro in

ro in *Odyssea* scribit, praesertim ea qua *Melampodorum* vites *Theoclimenus* aduersus procos fatur.

O miser, quid nunc heu uobis imminet atri,
Dum mollem noctu capitis per membra soporem.
Cuncta fremunt luctu, resonat plangoribus ether.
Scissaq; triste madent lacrymis manantibus ora.
Vestibulum plenum est simulacris, omnis & aula.
Sub tenebris erebus riget, extinctoq; per orbem
Lumine uelatur tristi caligine caelum.

Sapenero etiam in *Iliade*, ut in murorum expugnatione, qua ad *Vatem* pertinent tangit. Ibi .n. sic inquit:
Certabant Danaei Troiae perumpere muros;
Altiuolans Iouis pendebat desuper ales
Vnguibus incuruis rubrum complexa draconem.
Pellebatq; acies in leuam, tum ferus ille
Respirans, & adhuc transfixo pectore luctans,
Ore petens aquilam perstrinxit uulnere guttur.
Illa dolens anguem dimisit in agmina lapsum,
Sauciaq; in uentos pennis sublata refugit.

Hac equidem dicam, & alia hmoi à *Vate* consideranda, in dicenda esse. 10. Et vera quidem, o *Socrates*. 500. Et tu, o *Io*, vera narras. Age quemadmodum ego tibi ex *Odyssea*, & *Iliade* excerpfi q̄ ad *Vatē*, q̄ ad medicū, q̄ ad piscatorē pertinere videtur, sic & tu qui maiore in *Homeri* scriptis peritiā habes, eligas, & adducas in mediū, q̄ sunt recitatoris propria, q̄ prater alios hoīes ipsi considerare iudicareq; conuenit. 10. Oīa, o *Socrates*, assero. 500. Nō oīa tu supra dicebas, o *Io*. Nū ita obliuiosus es? At qui non decet recitatorē hoīem obliuiosum esse. 10. Quid nā? 500. Nō memoria tenes artem recitandi aliam ab aurigaria te dixisse? 10. Teneo. 500. Nōne cum alia sit, alia cognitura es confessus? 10. Profecto. 500. Nō igitur oīa percipiet secundum sermonē tuum ars recitandi, neq; ipse et recitator. 10. Imō oīa prater talia quaedam. 500. Cum prater talia quaedam dicis, prater ea q̄ aliarū artium sunt ferme significas. Sed quānam cognoscet, postquam nō oīa noscit? 10. Quae decēs est ut vir loquatur, q̄ mulier, seruus, liber, subiectus, princeps, haec oīa noscet. 500. Quod decens est ut princeps in mari, nauicula sepestate oppressa afferat, recitatorne magis quam gubernator cognoscet? 10. Non, sed gubernator melius hoc percipiet. 500. Sed ea q̄ decens est, ut princeps in morbo loquatur, recitator melius, quam medicus intelliget? 10. Neq; haec. 500. Sed ea q̄ seruo conueniunt, dicis, 10. Certē. 500. Scilicet q̄ decens est, ut dicat seruus bubulcus, dū de furentibus & efferatis bobus confabulatur, recitator ipse, non bubulcus agnoscet? 10. Nequaquam. 500. Nunquid ea q̄ decēs est, ut mulier de lanificio textori referat? 10. Non. 500. Ea q̄ decens est, ut vir dux exercitus dicat, dū milites hortatur, cognoscet? 10. Talia profecto sunt, quae recitator agnoscit. 500. Nunquid ars recitatoria eadem est, quae & imperatoris exercitus? 10. Intelligere equidem, si opus esset, q̄ imperatorem loqui decet. 500. Forte & Imperator es *Ion*: Nam si equestri, & citharæ dica simul disciplina polleres, illos qui bene, & qui male equitant, cognosceres. Et si te interrogare, o *Io*, utrum arte equestri, an arte citharædi illos qui bene equitant, cognoscis, quid tibi responderes? 10. Arte equestri. 500. Quod si eos qui bene pulsant citharam, cognosceres, confitereris illos non equestri, sed citharædica disciplina cognoscere? 10. Proculdubio. 500. Cum vero quae ad imperatorē spectant intelligas, utrum imperatoria, an recitatoria ista calles? 10. Nihil mihi referre videtur. 500. Quō nihil referre dicis? Imperatoriam, & recitatoriam artem, unamne, an duas penes? 10. Vna mihi videtur. 500. Quicumq; igitur bonus est recitator, et bonus imperator erit? 10. Et maximē quidem, o *Socrates*. 500. Nū & qui exercitus imperator est optimus, idē recitator est bonus? 10. Nequaquam. 500. Illud tamē admittis, quod quisquis recitator bonus est, bonus est imperator. 10. Valde. 500. Nōne *Gracorum* optimus es recitator? 10. Plane, o *Socrates*. 500. Nunquid *Gracorum* optimus es imperator? 10. Certē, o *Socrates*. Haec .n. in *Homeri* scriptis didici. 500. Cur igitur per deos, cū sis optimus *Gracorum* oīum dux exercitus, optimusq; recitator, passim carmina modularis, militas aut nusquam? nūquid tibi videtur recitator aurea corona decoratus plurimū vsui esse *Gracū*, imperator aut nullo pacto? 10. Nostra, o *Socrates*, ciuitas, vestra subest, à vobisq; gubernatur, & idcirco imperatore nō indiget. Vestra aut & *Lacedaemoniorū* resp. me nunquā in exercitus ducem eligeret. Idoneos .n. duces vos esse putatis. 500. O optime *Io*, *Apollodorum* *Cyzicēnū* non cognoscis? 10. Quē *Apollodorum*? 500. Illū scilicet, quē saepe *Athenienses*; quamuis hospes esset, imperatorē delegerunt, & *Phanostenē* *Andriū*, & *Heraclidē* *Clazomenium*. Quos haec ciuitas, licet peregrinos, quia viri pstantes habetur, pratura, & alijs magistratibus ornat. Ionē vero *Ephesum* imperatorē nō decerneret, neq; honore afficeret, si virtute pstante visus fuerit? Quid vero, nōne vos *Ephesij* prisca origine *Athenienses* estis, *Ephesusq;* nulla ciuitate est inferior? Sed tu, o *Io*, si quidem vera p dicas, & scientia arteq; potes *Homerū* laudare, iniuria me afficis: quippe qui professus multa & pulchra *Homeri* scire, teq; ostensurum mihi pollicitus, me nunc decipis, ac permultū abest, ut ostendas. si quidem nec q̄ sint ista, quorū peritus es, nec qua sis facultate instructus, aperire vis, me diu iam obsecrante: ceterum tāquā *Proteus* *Varius* variē mutaris, sursum, deorsum, in oīa te vertens, adeo ut postremo me subterfugies, imperator euaseris, ne mihi ostendas, quo pacto tibi circa *Homeri* sapientiam facundia competat. Si .n. arte tibi hoc inest, quemadmodum nunc dixi, pollicitusq; exponere, decipis, certē iniurius es. Sin autem cares arte, & sorte quadam diuina ab *Homero* raptus, cum nihil intelligas, multa & pulchra circa poētā hunc dicis, ut ego de te iudicabam, non facis iniuriam. Elige verū maius, iniustus homo, an diuinus potius appellari. 10. Longē differt, o *Socrates*, & multo pulchrius est iudicari diuinū. 500. Hoc itaq; quod pulchrius est, tibi à nobis tribuitur, o *Io*. te scilicet diuinum potius quam artificiosum *Homeri* laudatorem esse.

PRÆFATIO PROCLI IN PLATONIS
SOPHISTAM, A MARSILIO
FICINO TRANSLATA.



SOPHISTAM Plato vocat non hominem quemdam solum, sed etiam amorem, Platonem, Ionē, & artem sophisticam praeclarissimā dicit. Ex quibus intelligimus quod nobilitas subiectum quam apparet hic dialogus respicit. Est .n. intentio secundū magnum *Iamblichū* de sublimati opificē tractare.

Nam est idolorū sctor, purificator aiarum, à contrarijs rōmbus semper separans, transmutator, & iuuenū diuitū mercenarius venator. Dū aīas suscipit plenas rōmbus à superis venientes, mercedē ab illis

THEO
HOSPI